



 EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
**VII**-  
SIGNAT. 1819CCXIII

INFELICIA AVGUSTI  
CVM VIR  
NOBILISSIMVS, AMPLISSIMVS,  
EXCELLENTISSIMVS,  
DOMINVS  
JO. ANDREAS  
PLANERV<sup>S</sup>,  
MATHEM. SVPERIOR. PROF. PVPL. LONGE  
CELEBERRIMVS,  
D. XXX AVGUSTI ANNO MDCCXIV.  
DIEM SVVM OBIRET  
MAGNAQVE  
PATRVM CIVIVMQVE ACADEMICORVM  
FREQVENTIA,  
DIE II. SEPTEMBR. EFFERRETVR,  
DELINEARE VOLEANT  
COMMENSALES WOLFFRAMS-  
DORFIANI.

VITEMBERGAE  
LITERIS AVGUSTI KOBERSTEINII



Æpius Augusti prædulcia nomina fallunt,  
Blanditur vultu, pectore lœva gerit.  
Sustulit, ac tollit, non auget, cur sua singit  
Nomina? cur tristi fulmine tacta ruit?  
Nomina, queis gaudet mensis, felicia spirant,

Et tamen Augustus Mensis iniquus abit:  
Mensis iniquus abit, graviter percellitur Anglus,  
Dum Regina sibi morte repente cadit.  
Explentur lachrymis oculi, singultus in auras

Creber it, & lœvus perforat ossa dolor:  
Incola fatorum, quæ prostant, nescius hæret,  
Mox, bona qui sperat pectore magna timet.  
Et quæ facta manent Te, Leucoris! est mihi vîa

Prorufus in ancipiitu fors Tua stare loco?  
Heu miseram fortē! cui Te vel in æthere summo,

Vel subitus terris assimilabo rei?  
Comprimit Augustus BEYERI lumina docti,

Ilo vix Mensis durior esse potest.  
Vulnus inane patet, quo non ingentius unquam

Leucoris hæc noltro tempore passa fuit.

Quili-

Quilibet hinc luget, manib[us]que repercutit ora,

Et dat tristitia plurima signa sua.

Non querimur tantum BEYERI busta, sed ecce

Tecta novo gemitu tacta timore fremunt.

Ante dies venit tristissima mortis imago

PLANERI, & facies & decor oris abit.

Siccine faxa tegant cineres, & membra recumbant!

Præpropero fato siccine magna ruant!

En! citius spe littus adest, heu fleibile fatum!

O dolor! infixit vulnera quanta DEVS!

Quilibet est dubius quid agat, vox anxia prodit

Pectore, næ! queruli causa doloris adest.

Hac virtutis honos nigra tellure quieticit,

Pieridumque decus concidit ante diem,

Quapropter flemus, dolor æstuat intus, & usque

Labuntur Lachrymæ more perennis aquæ.

Uxor & hæc simulac videt ossa retecta sepulchro,

Plorat, perque genas humida gutta fluit,

Sed quid singultus profunt? quid corda ferire?

Quid juvat attonitas ungue notare genas?

Hæc fors est hominum, mors optima quæque resolvit,

Dignaque visa fatis tortia fulcræ ruit,

Ut tetigit terras, hæc adfuit mortis imago,

Vagor, & ingratæ maxima signa mali.

Mundus hic est Pelagus, scapha, quæ super æquora tendit

Vita manet, vah! quot fluctibus acta meat!

Stet quamvis placidæ nonnunquam more paludis,

Nelciat ipsa suæ hæc licet unda minas,


Scilicet, ut posit mentiri faxa, metallæ,

Mox tamen & tonitru & ventus iniquus agit;

Sic

WITTENBERGÆ,  
Typis VDNE Augusti Brünne.

Sic quoque consiliunt terris mala structibus æqua,  
Hic & perpetuo grandine tecta tonant.  
Durior aura fugit DEFVNCTVM, lenior afflat,  
Quæ penetrat fausti pectoris ima sui.  
Arva juvent alios reboant ubi tympana vana,  
Arva beata DEI laudat habere sui;  
Arma juvent alios, renitent ubi sanguine tela,  
Mortuus in coelis munera pacis amat;  
Sive juvent alios docilis pia castra Minervæ,  
Nullus DEFVNCTO doctior esse potest.  
Non cineres, non ossa putres abscondita busto  
Perpetuo, tepitos nescier ILLE rogos.  
Tempus erit, quo nos coelesti rursum in æde  
Aeternum salvos junget amoena dies.  
Interea PLANERE vale! requiece sub urna,  
Nos erimus memores, tempus in omne, Tui.



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON  
M 18



**INFELICIA AVGVSTI**  
**C V M V I R**  
**NOBILISSIMVS, AMPLISSIMVS,**  
**EXCELLENTISSIMVS,**  
**D O M I N V S**  
**JO. ANDREAS**  
**PLANERV S,**  
 MATHEM. SVPERIOR. PROF. PVPL. LONGE  
 CELEBERRIMVS,  
 D. XXX AVGVSTI ANNO MDCCXIV.  
 DIEM SVVM OBIRET  
 MAGNAQVE  
 PATRVM CIVIVMQVE ACADEMICORVM  
 FREVENTIA,  
 DIE II. SEPTEMBR. EFFERRETVR,  
 DELINEARE VOLEBANT  
**COMMENSALES WOLFFRAMS-**  
**DORFIANI.**

VITENBERGAE  
LITERIS AVGUSTI KOBERSTEINII

